

Et præsumptio prædicta non tollitur ex lectura ejusdem Instrumenti, in quo insinuatio * non fuit adhibita, cùm potuerit adhiberi ex intervallo, & extrinsecus ab ipso actu, ut probat text. in l. final. §. similius modo, Cod. de donat. ante nupt. & not. Bart. in l. Modest. n. 5, ff. de don. Thomas, dec. 13. n. 18, & dec. 601, n. 41, & seqq. Rota dec. 671, n. 3, p. 1, recent. & dec. 385, n. 5, p. 2.

Prætentio vero, quod dicta jura dotalia Joannæ ascendentia ad ducat. 6000, fuerint vendita producatis 1300. & sic intret enormissima læsio, cessat non solum ex præsentia * Judicis, quæ excludit omnem læsionem, ut advertit Dec. in l. singularia, n. 13, ff. si cert. pet. ubi quod dicitur utiliter fiendum, quod fit in prætentia Judicis. Hond. consil. 34, n. 61, lib. 2, Aym. cons. 114, n. 2, vers. In quibus locis, Rota coram san. mem. Gregor. dec. 120, n. 15, & dec. 406, n. 14.

Sed etiam, quia non subsistit in facto, quod illa ascendant ad similem suumnam, cùm integra dos Joannæ constituta primo viro vix ascendet ad ducat. 2235, cuius duæ tertiae partes cessat, & venditæ per æmiliam, & Fulviam non excedunt ducat. 1540. Unde cùm pro iisdem duabus partibus fuerint soluti ducat. 1300, nulla læsio * considerari potest ex notat. per Put. decif. 275, sub n. 2, lib. 2, Jan. mem. Gregor. decif. 553, n. 7, & seqq. & in rec. dec. 532, per tot. p. 5. Ad hunc enim effectum debet esse talis quod excedat dimidiam iusti pretii per text. in l. 2. C. de refind. vend. Gabr. de emption. & vend. concl. 1, n. 1, & dixit Rota in Alban. bonorum penes Posth. de subhast. dec. 53, n. 1.

Maxime cùm dicta cesso facta fuerit vivente Joanna, quæ & poterat supervivere, & etiam præmoriendo portionem filiarum mintiere, & sic cùm ageretur tantummodo de jure quærendo, * & de sola spe succedendi, non autem de jam quæsito, nulla læsio considerari potest ad text. in l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bon. Aym. cons. 114, n. 13, & seqq. Mant. de tacit. lib. 8, tit. 22. n. 2, & in puncto respondit Rota in Acul. renunc. 22 Maii 1651, & 1 Julii 1652. coram Rever. meo Cerro.

Non obstat, quod talis cesso facta fuerit ex falsa causa, nempe ad effectum solvendi Joannæ matris * proprietatem luci dotalis, neconon legitimam Francisci filii, cùm tamen ob transitum Joannæ ad secunda vora neutrum deberetur, juxta text. in l. feminæ, Cod. de secundis nuptiis. Nam cùm adfasset laudum Joan. Bapt. Mafacambruni, per quod dictæ forores cogebantur ad hujusmodi solutionem, illudque fuerit acceptatum, & observatum per plures annos, non potest dici constare de falsitate causæ: quia tali casu * valet in vim pacti transaktionis, & rei judicata, & omnino exequendum venit, l. cum autem, C. de arbitrio. Bart. in l. 1, n. 6, ff. de re judic. Dec. cons. 60, n. 3, & ultra plures relatios à Grat. c. 755, n. 34, & seqq. firmavit Rota coram Dur. dec. 136, n. 1, in rec. dec. 588. eod. n. p. 2, & dec. 65, n. 1, & 2, part. 7, & firmatum fuit in Romana societatis lignorum 20 Febr. 1641, coram R. P. D. meo Peutingerio.

Imò per acceptationem dict. laud. in quo matri tradebatur lucrum, * & legitima filii non obstante transitu ad secunda vota, videntur expressè remissæ poenæ, dict. l. feminæ, ex not. per Surd. dec. 99, n. 12, Manent. dec. 57, n. 16. Peregr. decif. 13, n. 10, cum aliis per Grat. qui testatur de veteri, cap. 140, n. 11.

Hinc non relevant sententiaz, quarum vigore Fulvia obtinuit immitti in possessionem honorum, de quibus agitur; quia attenta injustitia * notoria, imò etiam nullitate; non merentur no-

men Sententiarum, ut est text. in l. 4, §. condemnatum, ff. de sent. & re judic. Dec. cons. 8, n. 9, & conf. 38, n. 6, in fine. Rom. cons. 334, n. 7, vers. non enim sententia, Rota in rec. dec. 38, n. 2, p. 7.

Nullitas est inevitabilis ex defectu jurisdictionis, ut firmatum fuit in 1. decif. facta in hac causa coram R. P. D. meo Peutingerio; Nam cùm viridarium, super quo immisso concessa fuit, esset de directo dominio Ecclesiæ, non potuit gubernator Beneventi tanquam judex laicus * illam concedere, & in ea se intromittere, etiamsi ageretur inter personas laicas super solo dominio utili, ut dixit Rota in Romana domus, de scappuc. post Pacif. de Salvian. decisione 238, quam passim Rota sequitur, ut in decif. 472, n. 1, p. 2, rec. in Romana bonorum 19 Jan. 1643, coram Rever. Terracinen. In Arimin. Salvian. 19 Junii ejusdem anni, & 30 Maii 1646, coram Reverend. meo Bichio, quamvis reliqua corpora non essent emphyteotica Ecclesiæ, ut in Avenionen. Salviani 20 Aprilis 1654, coram Reverend. meo Bevilacqua.

Nec refert, quod in dubio contractus præsumatur potius censualis, quam emphyteoticus; quia cessaat quævis præsumptio, attenta confessione ipsius Joannæ, de cuius dote agitur, facta in Capitulis matrimonialibus ibi. Un Giardino redditio alla chiesa di S. Modesto, e come per concessione fatta dall' Abbate, e Padri di detta Chiesa; verbum enim, Concedere, * importat dominii translationem, tradit. Bart. in l. uxori, §. final. n. 4, ff. de leg. 3, Jaf. cons. 27, n. 6, vers. clarum est autem, lib. 1, Grat. cap. 82, num. 15. Et sic magis congruit emphyteosis, quam censui, in quo dominium non transfertur, quod comprobatur discretivus loquendi modus, * nam in iisdem capitulis, quando fuit actum de censu, dictum fuit. Item un anno censo di ducati dieci comprato dal Sig. Vincento della vipera; Adeò ut quando fuit dictum de concessione non possit intelligi de emptione censu, argum. text. in l. unde, §. si autem, C. de caduc. toll. l. quæstum, §. idem respondit ff. de fund. instruci. Surd. consilio 426, n. 18.

Nec relevat quod ad computum dotis Avius in se accollasset census fuit. 1300. quem Paul. ejus gener imposuerat ad favorē Hodier. Melchioris, & illum idem Avius infra certum tempus extingue-re promisit, quod cùm non fecisset, utique redire potuit ad sua primæva jura dotalia, & uti creditor dotis dicta summa fuit. 1300. subhastare quia 2 actiones favore dotis + reviviscunt, ut per Crav. cons. 83, n. 4. Thel. jun. 99, for. lib. 2, q. 88, n. 13, Quemadmodum ex instrumento constat prædictum censem fuisse accollatum ab Amico, & quod ille de sui natura perpetuus existat, nec probetur molestias fuisse illatas, perperam fuisse ex causa dotis intentata subhastatio Molendini, dum ipsa dos pro rata fuit persoluta.

Pro qua veritate convincenda nulla desideratur

actorum transportatio ex parte Vincentii, cuius

intentio fideicommiss. innititur, non autem subhastatione, cuius validitatem propugnare incumbit

Simonetto, id est ad eum spectat actorum trans-

portatio * ut tenet Rota coram Cavall. dec. 67,

nu. 1, & 119, pariter n. 1, absque eo quod ab isto

onere excusat ex productione facta instrumeti

pro parte de Franciolinis, dato in sum. Simonet. n.

1, quasi ex productione ipsius approbatio resulteret,

4 + ex reg. tex. in l. cum prec. C. de prob. c. cum

olim de censib. quia talis productio, dumtaxat im-

pugnativæ fuit facta, & id est approbatio facti

* inde resulteret, non tamen approbatio validitatis

ipsius, ut dicit Rota dec. 104, n. 11, & dec. 159,

numero 3, p. 2, divers.

Præterea & injusta visa fuit subhastatio, quia

aderant bona libera ad summam scut. 17. mill.

ascendentia, quæ anno præcedenti fuerant adju-

cata Creditoribus Amici d. dote posteriorib.

& ultra dicta bona aderat etiam censu, bis mil-

le, & alia bona libera ipsius de Simonet. de anno

Decisions ad Tract. de Alim.

Ad materiam de Alim. Decif. CIV. & CV.

181

non validitatis ex producione resultat, n. 5.

6 Creditor consentiens alienari libera in posteriores, non potest agere contra fideicommissaria, & numero 8.

7 Citatus ante subhastationem, si non comparet, sibi præjudicat.

I N decisione coram me emanata 28 Junii 1652. fideicommissum super Molentino de quo agitur, firmatum fuit ad favorem Dominorum de Franciolinis, sed non adeo ut obstaret solutioni dotis, pro qua vero summa ordinatum, quod particulariter videretur. Unde reassumpta disputatio ne tam super dicta reservatione ad Instantiam P. Simonetti, quam super solutione dotis ad preces illorum de Franciolinis, quia super existentia fideicommissi, omnes acquieverunt, & conjunctim proposito utriusque partis dubio, hodie fuit resolutum fideicommissum obstare solutioni dotis, & sic recedendum à decisio in hac parte.

Siquidem ex instrumento quietantæ, noviter producito, dato in suum. Vincentii, n. 1. appare usque de anno 1587, in eandem causam dotis scut. 1300. solutam fuisse per accollationem censu, unde pro rata dumtaxat scut. 400, debitor remanserat dotis promisæ, & id est non potuit pro scut. 1000. subhastatio fieri, * sed tanquam excessiva, & vicio nullitatæ affecta, censi debet, ut per Bart. in l. si non fortun., §. si certum, & ibi Jas. n. 2. ff. de cond. in deb. Bald. in l. cert. cond. quoniam. ff. de reb. cred. & plur. alleg. per modern. Perus. de subh. insp. 50 a. n. 2, & præcipue n. 12, & 13. Rot. cor. S.M. Greg. dec. 198 n. 1. dec. 6, n. 19, & 10. penes Moder. ex Arce Annori. de subh. & dec. 219, n. 2, & 3, & in Placent. nullit. subhast. Decembr. 1631, §. non obstat vers. unde census coram Ubaldo junio.

Nec relevat quod ad computum dotis Avius in se accollasset census fuit. 1300. quem Paul. ejus gener imposuerat ad favorē Hodier. Melchioris, & illum idem Avius infra certum tempus extingue-re promisit, quod cùm non fecisset, utique redire potuit ad sua primæva jura dotalia, & uti creditor dotis dicta summa fuit. 1300. subhastare quia 2 actiones favore dotis + reviviscunt, ut per Crav. cons. 83, n. 4. Thel. jun. 99, for. lib. 2, q. 88, n. 13, Quemadmodum ex instrumento constat prædictum censem fuisse accollatum ab Amico, & quod ille de sui natura perpetuus existat, nec probetur molestias fuisse illatas, perperam fuisse ex causa dotis intentata subhastatio Molendini, dum ipsa dos pro rata fuit persoluta.

D E C I S I O C V .

R. P. D. CELSO.

Romana Transactionis.

Lunæ 21. Junii 1655.

S U M M A R I U M .

1 Transactio ex læsione rescinditur, & de ratione num. 2. Cessat, cessante illius subhastantia n. 8, fieri debet super re dubia numero 9.

3 Læsio ultra tertiam sufficit ad rescindendam transactionem: contra numero 4.

5 Metus excludit consensum. Probatur ex præcedenti protestatione, num. 6. Iustus probatur ex effictu metuentes, numero 7.

10 Transactionem impugnans, non tenetur restituere accepta aliunde sibi debita.]

D E C I S I O C V .

Ecessit de anno 1647, bon. mem. Camillus Cincius, condito testamento, in quo inter alia jure legati reliquit Bernardo de Michelibus ejus famulo scut. 2000. monetæ, tria loca monitum, & quanplura mobilia ascendentia in totum ad scuta 4000, circiter: Quia vero super dicto legato, inita fuit transactione, & ea non obstante idem Bernard. de anno 1653, introduxit judicium super illius consecutione contra D. Marium dicti Camilli hæredem. Propterea A. C. per suam sententiam diffinitivam pronunciavit transactionem obstat, & D. Marium esse absolvendum, causâ tandem per appellationem ad Rotam devolutam, dubitavi. An transactione prædicta esset rescindenda, & Domini affirmativè responderunt; + Quia constat de læsione, qua stante esse locum rescissioni illius firmavit Rota coram Durano dec. 121, nu. 17 ubi n. 28. testatur de magis communis, non obstante juramento & nu. 29. reddit rationem, quia ex enormissima læsione 2 excludit consensus, & resultat dolus; & in Romana refectionis transactionis 29 Maii 1648. & 26 Junii 1651. coram Eminent. Card. Corrado.

q Læsio

Læsio verò concludenter probatur. Nam cùm Bernardus in satisfactionem dicti Legati scut. 4000. circiter reperit in pecuniis, & mobilibus 3 respectivè scut. 1200. tantum intrat læsio + non solum ultra tertiam partem, quæ sufficit pro ref. cindenda transactione, vigore statuti urbis, cap. 154. lib. 1. ut dixit Rota coram Burato decis. 538. n. 20. & post Cenc. de censib. dec. 275. n. 1. & sequent. & in dict. Romana rescissionis transactionis coram Eminentiss. Card. Corrado.

Sed etiam ultra dimidiam, juxta dispositionem 4 juris communis, ut est text. expressus in l. 2. C. de rescinden. vendit. Qui licet loquatur in venditione, tamen habere locum etiam in transactione habito respectu ad dubium litis eventum quando excessus ultra dimidiam est magnus, ut in casu præsenti not. Bat. in l. si quis cum alter num. 5. vers. quero quod si in contractu transactionis ff. de verbis, obligat. Mantic. qui plures cumulat. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 23. & sequent. Caval. decis. 644. n. 8. Duran. decis. 121. numero 17. & seq. & de veriori, & magis communi Cagnol. in l. 2. sub n. 78. vers. sed pro contraria opinione & numeris seqq. C. de rescinden. vendit. Socin. jun. cons. 129. numero 48. lib. 1. & cons. 98. num. 17. & sequent. lib. 2. & firmavit Rota decis. 102. n. 2. & decis. 732. n. 1. & sequent. part. 1. divers. & in recent. decis. 753. numero 4. part. 2.

Et eo libentiū transferunt Domini in hanc sententiam; quia transactio predicta ex parte Bernardi, non potest dici, quod fuerit libera, & voluntaria, prout requiritur, sed potius videatur facta ad effectum se eximendi à molestiis, & vexationibus litis criminalis introducta super prætensa falsitate testamenti ejusdem Camilli, & ob metum, & timorem carcerationis, qui metus + excludit consensum, ut in terminis transactionis est textus in l. interpositas 13. C. de transact. & firmavit Rota decis. 147. numero 29. part. 1. recent. & decis. 315. num. 8. & seq. part. 5.

Nec refert, quod ille non sit talis. qui possit cadere in constantem virum; quia saltem negari non potest, quod ex parte Bernardi ut talis apprehensus fuerit, ut denotat protestatio 6 præcedens, + quæ licet non probet metum, tamen multum confert ad illum præsumendum, juxta text. in l. & si quis 14. & plerique ff. de relig. & sumpt. funer. Dec. in l. in omnibus nu. 12. ff. de regul. jur. Honed. cons. 29. n. 54. & seq. lib. 1. Surd. cons. 395. sub numero 26. & 27. ubi ampliat sive protestatio sit publica, sive secreta, idemque firmat Pereira decis. 32. numero 8. vers. vel si uxor Rota coram san. me. Gregor. decis. 329. numero 9. decis. 374. num. 4. & 5. & in Baren. seu nullius pecuniaria 26. Maii 1645. coram R. P. D. meo Cerro.

Justus enim metus dignoscitur ex affectu met. tuentis * ut notat Alberic. in rubr. ff. ex quib. cau. major. in integr. refit. numero 1. Honed. consil. 29. num. 31. lib. 1. Rota coram san. mem. Gregor. decis. 374. numero 18. & sola metus suspicio pro metu habetur, ex adductis per Bald. in l. Franciscus C. de jure deliber. Parif. consil. 60. numero 13. lib. 4. Gramm. decis. 5. numero 7. & sequent.

Unde cùm ex oculari inspectione appareat testamentum esse legale, & item criminaliter introductam esse imaginariam, & calumniosam, cessat substantia + transactionis, & consequenter ipsa transactio, Ang. in l. cum hi s. cum lis ff. de transaction. Decian. cons. 351. nu-

mero 3. Magon. decis. Florent. 85. à numero 4 & per tot. cum aliis per Rot. coram Merlin. decis. 621. n. 20. & seq.

Etenim transactio fieri debet super re dubia, * non autem super jure claro, & indubitate, ut docet text. in l. 1. ff. de transact. Curt. jun. in l. cum te nob. C. de transact. ubi quod tali casu nec etiam in vim pacti sustineri potest, Aym. cons. 152. numero 10. & 11. ubi firmat hujusmodi transactionem, continere turpitudinem, nec firmari juramento, & cons. 430. num. 7. & seq. ubi quod hinc arguitur calumnia, & tradit Surd. cons. 451. numero 11. Manent. cons. 149. num. 85. Rota coram Merlino decis. 490. num. 2. & sequent. in Bonon. nullitatis concordie 12. Junii 1645. coram R. P. D. meo Cerro & in Romana hæreditatis 30. Januarii 1654. coram R. P. D. meo Bevilacqua.

Non obstat, quod Bernardus petens rescissionem transactionis, teneatur ante + omnia restituere quicquid recepit vigore illius. Nam, stante læsione predicta, & quod bona per ipsum acceptata proveniunt ex hæreditate Camilli, & continentur sub Legato, potest illa retinere, ut probat Cephal. cons. 415. n. 4. & 5. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 40. & dixit Rota decis. 102. n. 3. vers. non obstat part. 1. divers. in recent. decis. 315. n. 17. part. 5. & ultra relat. per Add. ad Gregor. dec. 354. n. 17. vers. limitat. 4. firmatum fuit in allegata Romana rescissionis transactionis 29. Maii 1648. & 16. Junii 1651. coram Eminentiss. Cardin. Corrado.

Et ita decisum utraque parte informante.

DECISIO C VI.

R. P. D. BICHO.

Vercellen. Manuten.

Lunæ 28. Junii 1655.

S U M M A R I U M.

- 1 Possessio probatur per instrumentum deliberationis cum subsecuta bonorum apprehensione. Probarur ex confessione adversarii, rejecta qualitate occupationis, n. 3. Ex lapsu temporis cum scientia amittitur, numero 22.
- 2 Confessio probat contra habentem causam à confiteente.
- 3 Clausula constituti nil operatur, possessione apud alium existente.
- 4 Deliberationis validitas est necessaria ad privandum aliquem possessione.
- 5 Sententia validitas à quo, & quando sit probanda.
- 6 Citationis facta ad locum non tutum est nulla, Ad valvas non afficit, numero 8.
- 7 Citationis defectus quod unum in eadem causa defensionis reddit actum nullum etiam quod alios.
- 8 Statutum laicale non habet locum in foro Ecclesiæ.
- 9 Canones per emphyteutam tempore belli non sunt solvendi.
- 10 Testes examinati extra terminum non probant. Amplia ut numero 13.
- 11 Nullitas allegari non potest à tertio.
- 12 Jurisdictionis defectus favore Ecclesiæ a tante non potest allegari.

16 Statu

- 16 Statuto laicali tanquam privilegio Ecclesiastici utuntur.
- 17 Paclum de redimento pretium diminuit.
- 18 Deliberationes creditorum sunt minori pretio.
- 19 Læsionis exceptio non admittitur in iudicio manutentionum.
- 20 Manutentio non retardatur ob exceptiones turbidas.
- 21 Actus possessori qui dederunt causam liti non profundit ad manutentionem.
- 22 Spoliatum qui se dicit manutentionem non petit.
- 23 Quasi possessio incorporalium acquiritur.
- 25 Possessio amissa novam apprehensionem requirit.

IN possessione honorum existentium in Villa nuncupata Saletta deliberautorum de anno 1644. Reverendissimo Abbatii, & Canonici, Regularibus Sancti Andreæ Civitatis Vercelli manutentionem decrevit Domino Marchioni Mosio Judex de partibus, & deinde Domino Abbatii, & Canonici Abbatii; causaque appellacionis cum facultate manutendendi, quem de Jure mihi commissa, dubitavi hodie cui sit dandum mandatum de manutendo? & Rota censuit dandum esse Abbatii, & Canonici.

Ilorum siquidem possessionem probat tūm instrumentum deliberationis de anno 1644. obtentia + cum successiva bonorum apprehensione leg. Prædia, ubi notant omnes Digest. acquir. Possess. Abb. in cap. Cum nobis, sub numero 5. de prescriptione. Rota in recent. 700. numero 3. Part. 1. tūm confessio Capitanei Rogerii emissa in instrumento venditionis horum bonorum de anno 1658. factæ Marchioni Morfio, afferendo hæc bona occupari ab Abbatii, & Canonici, 2 quæ confessio + afficit etiam Marchionem à confiteente causam habente, Surdus consilio 571. numero 32. & consilio 577. numero 34. Rota decis. 349. numero 2. part. 2. recent. sufficitque pro obtainenda manutentione Cavaler. decis. 535. numero 2. decis. 561. numero 1. Gregor. XV. decis. 458. numero 2. & seqq. Rota decis. 326. numero 2. part. 6. recent. decis. 132. numero 3. part. 7. quamvis habeat, annexam qualitatatem illicitæ deteriorationis, + quia illam uti contraria præsumptioni juris licitum est rejicere, accepta in reliquis confessione juxta Doctrinam Bartoli in leg. Aurelius, §. idem, numero 2. Digest. liber. legat. quam in his terminis sequuta est Rota dict. decis. 458. numero 4. & 5. coram S. M. Gregor. XV. decisione 529. numero 1. & 2. coram Buratt. decis. 384. numero 2. & seqq. part. 4. tom. 2. recent. & in Tolosana Territorii, 30. Martii 1648. coram Eminentissimo D. Card. Othobono.

Non obstat anterior possessio Rogerii translatu nuperimè in Marchionem per clausulam constituti in dict. instrument. venditionis apposita, quando Rogerius omni possessione privatus fuit mediante deliberatione judiciali ad favorem Abbatis. I. Juste possedit, ff. acq. poss. Ang. in l. Clam possidere, §. qui ad nundinas, sub numero 2. & ibid. Jas. numero 20. ff. acq. poss. Ferr. consil. 18. num. 10. Rota decis. 362. num. 1. part. 4. rec. decis. 102. num. 4. impress. post tract. Modern. Pern. de manu.

Cujus deliberationis validitas, & justitia ad hunc effectum necessaria est, + Abb. in cap. Conquerente, n. 8. de refit. spoliat. Rota decis. 149. n. 5. coram S. M. Gregor. XV. probanda per transportationem actorum Rota decis. 636. n. 2. & 3. part. 1. vers. decis. 293. num. 7. part. 1. rec. probandam

Decisiones ad Tract. de Alim.

à fundante se in sententia Judicis, quando ut in casu nostro possessor anterior perit manutentionem, * & posterior allegat fuisse illum sua possessione privatum per Judicis decretum, sicut è converso, quando reus possidet, & ad excludendum actorem allegat se ritè, & rectè à Judge immisum, actor qui impugnat ejus immisionem, ex quo Judge ritè, & rectè non processerit, tenetur, ut id probat judicialia acta transportare juxta distinctionem, quam in his terminis conciliando contraria, amplexa est Rota dec. 451. n. 7. & seqq. usque ad n. 15. ubi dicitur ratio quia unusquisque probare debet fundamentum suæ intentionis part. 41. tom. 2. recent.

Probatur ex actis ab Abbatie transportatis, & coram A. C. in secunda instantia productis sub die 9. Junii 1654, iterumque coram me 29. Aprilis proximè lapsi: Nihil urgentibus tribus exempli objectis. Primò defectu legitimæ citationis refutante tūm ex quo Rogerius, qui erat Mediolanensis, & ob id suspectus Gallis citatus fuit, ad comparandum coram Episcopo in civitate Astensi subjecta Duci Sabaudiae tunc confederato Regi Galliae, inter quem & Regem Hispaniæ Bellum gereretur, in quo propterea loco, + tanquam non tu- 7 to, ut disertissimè testes deponunt, comparare non tenetur, & citatio ipso Jure nulla censetur, Clem. Pastorialis §. Pisana de re judic. cap. ex parte, 47. de appell. cap. accedens ut lit. non contest. Ferrett. consil. 31. n. 20. Jas. consil. 86. n. 36. l. 2. Tum ex quo tantum per affixionem ad Valvas * citati fuerunt alii Fratres Rogerii, & sic nulliter, ut per Bart. in extravag. ad reprimendum, §. editum, n. 10. & 11. Cassad. decis. 6. de dol. & contum. aliquosque allegat à Modern. Cefenaten. de citat. c. 7. n. 276. & pluribus seqq. cumque possiderent omni jure una cum Rogerio, haberentque eandem causam defensionis, + defectus legitimæ citationis ipsorum nullum reddit judicium etiam respectu Rogerii, quamvis aliis legitimè citatus fuisset, Bald. in l. 1. n. 6. vers. Aut continet. Cod. err. & Calc. Gabr. consil. 56. n. 17. l. 1. Adden. ad Greg. XV. dec. 319. n. 7. Cavaler. decis. 396. n. 2. Rota in rec. decis. 451. n. 7. part. 2. & in Romana seu Veltierna refit. in integrum 25. Junii 1646. §. est etiam coram me.

Secundò defectu jurisdictionis, quia a scilicet D. Episcopus Astensis executor adjudicavit bona Abbatie pro tertia minus pretio estimato juxta Constitutiones Sabaudiae, * quæ tanquam laicales non ligabant judicem Ecclesiasticum c. Si adver. de immun. Ecclesiast. Cumque sint ordinatoriae servari non debuerint extra tribunalia laicalia, ut de simili statuto Urbis Grat. discept. 545. n. 20. Burratt. dec. 96. n. 15. & 16. Rota coram S. M. Greg. XV. dec. 352. n. 7. & in aliis relatis à Moder. Perus. de subhast. inspecl. 51. n. 6. & 7. ubi loquitur in specie de his constitutionibus Sabaudiae.

Tertiò carentia actionis, cùm actum fuerit contra Ponzonos pro Canonibus decretis tempore belli, * quo ab hostibus, ut aiunt testes, occupata per vim bonorum emphyteuticorum possessione Ponzonii, Canones solvere non tenebantur, Bald. in l. Jolemn. n. 6. C. rei vendic. Hond. consil. 2. n. 15. Menoch. consil. 331. n. 15. Grat. discept. 223. n. 1. & seqq. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 27. n. 44. & seqq. Cyriacus conrov. 361. n. 1. & 2.

Nam ad primum fuit responsum non constare, quod tempore judicis deliberationis Mediolanensis tūtò accedere non possent ad Civitatem Astensem, & testes in id producti cùm fuerint examinati * post terminum lapsum, nempe die 10. Decembris 1654, nullum gradum probationis faciunt

q. 2 faciunt